



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Quæstio 4. Vtrùm divites laici teneantur erogare proximo eleemosynam
de superfluo?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

aliquid indifferens, quo alter jam paratus est abuti. Rodriguez, & alii apud Bonacinam tom. 2. disp. 2. de peccatis, quæst. 4. punct. 2. n. 21. Quibus consentit Vincentius Bionius ubi supra citatus, fol. 299.

12. Quæ autem sit iusta causa utendi ejusmodi materia indifferenti, seu peccandi occasionem offerendi? Respondeo, iudicio prudentis relinquendum, ut cum Valentia, Lessio, & Sanchez, tradit Bonacina supra num. 18. Hinc Christianum se Tyranno manifestantem, & offerentem, quando scit ab illo occidendum, non peccare, licet occasionem illi det homicidii, est communis Doctorum sententia, si causa iusta occurrat, ut tradit Cardinal. de Lugo tom. 1. de iust. disp. 10. sect. 1. num. 39. Hinc, si marito inurbanius vertatur, quod uxorem prohibeat in domum consanguineæ adire, posse ex bono fine vitandæ notæ, aditum non impedire, licet aliis amassu ad adulterium eo advocatum credat, docent viri doctissimi. Tunc enim uxoris malitia ad bonum finem uti poterit, nempe ad eam in adulterio comprehensam corrigendam. Nec id eo ejus peccatum intendere potest: sed quod prævidit futurum ex oblatione rei indifferenti: ex suppositione quod committatur, (quod ipse nolle) intendit castigare, & corrigere, & peccandi occasionem radicatus evelere.

13. Unde sit, quod licet prorsus illicitum sit, occasione uxori offerre eo fine, ut adulteretur, ut diximus supra, & tradit P. Sa. verb. Peccatum, num. 7. & P. Thom. Sanchez, lib. 10. de Matrim. disput. 13. num. 53. dicens, se non videre, quæ ratione id excusari valeat: ex alio tamen fine eandem occasionem præbere, si finis talis sit, qui sufficiat ad excusandum ab obligatione vitandi peccatum proximi: non est cur peccati mortalis condemnari debeat. Confirmatur exemplo, quo utitur ipse Sanchez supra num. 52. ubi ait. Quod quando custodes nemorum se abscondunt, quo illuc euntes ingrediantur libere, solvant quæpœnam, peccatum mortale committunt, ut bene docet Medina Codice de Restitut. quæst. 12. * At excusantur (inquit) à culpa, quando eo fine se abscondunt, ut seinel deprehensi, caveant in futurum illuc redire. * Sic Sanchez pro se referens Navarrum, Cordubam, Valentiam, Navarram, Emanuelem Rodriguez, & Vegam. Quorum ratio alia esse non potest, nisi quia finis se abscondendi non est, ut alii delinquant, sed ut ex suppositione, quod nemus ingressi fuerint, comprehendantur, penamque debitam solvant. Ergo similiter si matris domus se abscondat, non ut uxor adulteretur, sed ut ex suppositione, quod delinquat, de adulterio convincatur, & sic caveat in futurum, excusabitur à culpa: habet enim rationabilem causam ad uxoris peccatum non vitandum: actumque indifferenti utitur, unde uxor peccandi occasionem suo vitio arripit.

14. Dico quartò: Non licet homini peccatum alterius permittere ex fine ignominie, vel pœnæ incurrendæ, quibus delinquens melior efficiatur. Hæc conclusio est contra M. Sotum de secreto, memb. 2. quæst. 2. paulo ante 5. conclus. ubi inquirens. * An liceat, & expediat quandoque perditum hominem permittere, in pejora prolabi crimina, ut ignominia peccatorum confusus, facilius resipiscat, & emendetur? Respondet: * Licet nobis aliquando permittere, peccatorem ad tempus pejuscadere, ut cautius resurgat. * Cui ego dissentio. Moveor, quia charitas obligat, vitare peccatum proximi, dum causa rationalis non excuset: finis autem penitentia, & emendationis, quæ soli Deo nota est, qui su-

tura contingentia conditionata cognoscit, non est homini ad permissionem causa sufficiens: forsitan enim proximus infamatus, vel in delicto comprehensus, pejor evadet. Præterquam quod si intentio hujus finis excusare sufficeret, quivis ejus prætextu à vitando peccato alieno se eximere posset, de proximo frequenter judicans peccati ignominia confusum facilius emendandum.

15. Adde, plures Theologos illicitum omnino reputare, permittere peccatum ex intentione penitentia: idèquè ejusmodi permissionem Deo esse impossibile: nam qui vult efficaciter finem, eadem voluntate vult media, sine quibus obtineri nequit: penitentia autem absque peccato esse non potest. Quod Deum velle, impossibile est: Ergo cum ignominia, vel pœna propter peccatum incurrenda illud negariarid supponant, qui peccatum ex ejusmodi fine consequendo permittat, neque bit non ipsum, met peccatum velle, quod illicitum prorsus est. Præterquam quod rarissimè licet homini peccatum proximi permittere ex quocumque alio fine, ut bene notat Petrus de Navarra lib. 3. de Restit. cap. 4. num. 127. * Non enim (inquit) sicut Deus, ira & homo: ille enim obviare peccatis minime tenetur, iste tenetur. *

16. Hujus quæstionis occasione rogat Sanchez ubi supra, num. 54. Num liceat viro, pactum cum uxore inire, ut amasio ejus castitatem violare tentanti conniveat, concedens tempus, & locum, non ut adulterium perficiat, sed ut in crimine deprehendatur: id culpa vacare, docent plures, teste Sanchez ibidem, & ex dictis supra conclusione tertia, necessaria consequentione videtur deduci, quia finis offerentis tempus, & locum, non est peccatum adulterii. Cæterum fundamentum, quo in quarta conclusione utimur, contrarium evincit: nam in crimine deprehendi, essentialiter involvit ipsum crimen: ergo qui efficaciter intendit, ut proximus in crimine deprehendatur, verè intendit peccatum illius: quod prorsus illicitum est. Ut omitam, verba illa conniventia in communi æstimatione esse veram inductionem ad peccatum, & in his circumstantiis non esse indifferentia, sed determinata ad significandum consensum in adulterium: quæ proinde graviter ad luxuriam amasium provocant, & illam deperire faciunt: atque adeò à malitia denudari nequeunt.

QVÆSTIO IV.

An divites Laici teneantur erogare proximo eleemosynam de superfluo?

§. I.

Quid in communibus pauperum necessitatibus?

1. **A**D hujus quæstionis enodationem præmittendum est primo. Triplicem considerari posse necessitatem. Aliam extremam, nempe, quando mortis periculum imminet, aut probabiliter timetur. Aliam gravem, cum aliquod incommodum notabile, ut periculum probabile incidendi in gra-

in gravem morbum, aut patendi tamen, aut amittendi famam, libertatem, vel statum. Aliam communem, quam communiter pauperes patiuntur.

2. Præmittendum secundò. Ex bonis temporalibus alia esse necessaria natura, nempe, quæ ad vitam ut cibis, & potus, & huiusmodi: alia necessaria ad statum personæ, & familiæ, & dignitatem conservandam, quæ dicuntur superflua natura: alia verò sunt, quæ naturæ, & statui personæ superfluiunt; quoniam tam status, quam vita sine illis conservari possunt: & hæc sunt bona, quæ absolute, & simpliciter superflua vocantur. His positis,

3. Prima sententia asserit, in communibus pauperum necessitatibus esse præceptum elargiendi eleemosynam de superfluo. Ita videtur sentire D. Thom. in 4. sentent. distinct. 5. quæst. 2. art. 4. quæst. 1. in fine corporis, ubi sic. * Illud autem, quod necessarium reputatur ad aliquid, quod est ultra decentiam status, debet in eleemosynam dispensari, & hoc cadit sub præcepto. * Sic ibi, quem plures pro hac parte referunt.

4. Secunda tamen, & verior sententia tenet, in necessitatibus communibus pauperum, neminem teneri ad erogandam eleemosynam, adhuc de superfluo status, seu personæ. Ita D. Antoninus 3. p. tit. 1. cap. 24. M. Arauxo Episcopus Segovienis 2. 2. quæst. 32. art. 10. dub. 1. conclus. 3. referens Sylvestrum, & Armillam: cui consentit Cajetanus apud Sotum ubi infra. Item M. Victorinus, Fernandez, Malderus, Covarruv. Gabriel, Aienlis, Abbas, & alii, quos citatos sequitur Diana 2. p. tract. 15. resol. 32. & tract. 16. resol. 28. & 5. p. tract. 8. resol. 17. Probant. Nam si dives teneretur pauperibus in communibus necessitatibus erogare superflua, consequens esset, ut non posset ea donare cui veller, aut ex eis pios aliquos sumptus ad divinum cultum facere, ut Ecclesiam, vel Collegium edificare, quod absurdum est. Sic dicunt DD. in quo non immoror, quia communis est sententia, & tenenda.

S. II.

Quid in gravi necessitate?

5. EST igitur duplex difficultas in hoc puncto examinanda. Prima, An in gravi necessitate sit obligatio erogandi eleemosynam etiam ex necessariis ad statum? Secunda, An saltem in extrema? De qua infra §. Quintò. Ad primam ergo deveniendo: Quod in gravi necessitate sit præceptum succurrendi proximo ex superfluis naturæ & statui, conveniunt omnes, ex lege charitatis cordi hominum naturaliter insita. Quod non sit obligatio subveniendi proximo ex necessariis ad statum, tradunt D. Antoninus 2. p. tit. 1. cap. 24. ad finem. M. Turcremata in cap. Sicut hi, dist. 47. con. 3. Sylvest. in Rosa aurea quæst. 57. Cajetanus in Sum. verb. eleemosyna largitio. Ubi extra calum extremæ necessitatis non agnoscit obligationem gravem elargiendi eleemosynam, in non habente superflua ad statum. * Eleemosynam, inquit, non facere, est peccatum mortale in duobus tantum casibus. Primus est, si quis habet de superfluo naturæ & personæ. Secundus, cum apparet puer in extrema necessitate constitutus. * Sic ille. Ergo si quis non habeat ejusmodi superfluum, nec appareat extrema pauperis necessitas, non erit mortale eleemosynam non facere. Ergo in gravi ne-

cessitate, non est obligatio elargiendi eleemosynam ex necessariis ad statum. Hæc est sententia Cajetani. Quam propterea cum aliis sequitur Diana 2. p. tit. 5. in corpore, ibi: * Sic ergo, dare eleemosynam de superfluo, est in præcepto, & dare eleemosynam ex necessariis, est in consilio, sicut de quolibet modum bono dantur consilia. * Quod magis explicite dicens. * Est aliquid tempus, in quo mortaliter peccat, si eleemosynam dare omittat. Ex parte quidem recipientis, cum appareat evidens, & argens necessitas, nec apparet in promptu, qui ei subveniat. Ex parte verò dantis, cum habet superflua, quæ solum statum præsentem non sunt sibi necessaria, prout probabiliter estimari potest. Et art. 6. loquens de bonis necessariis, ad statum propriæ personæ, & aliorum, quarum cura ei incumbit, ait: * De hismodi ergo eleemosynam dare est bonum, & non dicitur sub præcepto, sed sub consilio: inordinatum est autem, si quis de bonis propriis tantum sibi sustineret, ut aliis largiretur, quod de relictis non potest vitam transigere convenienter secundum proprium statum, & negotia occurrentia. * Sic Angelus. Præceptor, quem sequuntur Cajetanus ibi, & Malderus lib. 5. de iust. quæst. 8. art. 1. dicens: * Cajetanum legitimè D. Thomam interpretatus, duos consilia esse superflui præcepti eleemosynæ sub mortali, videlicet necessitatem extremam, de necessariis: & gravem, de superfluis (nempe naturæ, & statui) in casus commutationem tractatum composuit de eleemosyna. Hoc autem verum est, quod in gravi necessitate sit præceptum, nisi de superfluo. * Hæc sententia hodiè communis, quam, ultra citatos, tuentur Martinus de Ledesma 2. p. quæst. 8. art. 3. Navar. Man. cap. 24. num. 7. Bonacin. disp. 3. quæst. 4. par. 1. Petrus de Navarra lib. 3. de Rept. cap. 1. num. 33. apud ipsos, quos sequitur Granado 2. 2. contrav. 7. m. 11. dist. 2. sect. 5. num. 32. Et mihi placet. Fundamentum est, quia unicuique jus est decenter vivere, & ad decentiam sui status conservandam, ergo dum proximus extrema necessitate oppressus non exigit, nec sub lethali tenetur ex necessariis ad statum ei subvenire, sed tantum ex superfluis, ex quibus, cum absque magno sui incommodo gravem proximo necessitatem sublevare possit, lex charitatis illum potius obligat.

6. Hanc communem sententiam amplectitur Gabriel Vazquez opus. de Eleemosyna, cap. 3. Quis nescio quis minus sapiens, ideo reprehendit, quæ inopia, Doctorum copia superius allegata non ostendit. Quinimò strictius illis loquutus est P. Vazquez, quia communem sententiam ipse limitat, quod gravis necessitas versatur circa famam: in hac enim existimat, esse obligationem subveniendi proximo, non solum ex superfluis, sed etiam ex necessariis ad statum. * Si aliter tamen, inquit, limitetur, prout solum famam amittendam, quia illa est pretiosior auri, & status, seu dignitate, teneor quis cum detrimetur sui status, & rei familiaris superflua naturæ, similem necessitatem propellere, & sublevare. * Verum hæc limitatio nimis stricta pluribus vitiis est, & contra communem Doctorum sententiam: qui, ut vidimus, absolute, nulli quæ factio diffinitive necessitatem gravem proveniente ex defectu bonorum fortunæ, vel famæ, obligationem sub lethali eam sublevandam non agnoscunt, quia cum tanto divitis detrimento, quale est, à status detrimento, quod est, charitatis præceptum graviter non obligat.

nulla obligatio gravis abque urgentissimo fundamento authoritatis, vel convincentis rationis, adstruenda est. Ex quibus constat, in gravi necessitate proximi solummodo esse obligationem sub peccato lethali elargiendi elemosynam de superfluo statui, & personæ, non verò de necessariis.

§. III.

Quæ sint necessaria statui?

7. Si autem scire desideras, quæ bona dicantur necessaria: quæ superflua statui, seu personæ? Respondet Cajetanus in *sum. verb. Elemosyna largitio*. * Hoc esse judicandum consideratis sumptibus honorabilibus, etiam filiorum familia, status magnificentia, magnificentia, communibus eventibus, hæreditibus, & aliis hujusmodi; ita ut raro videatur (attendente) contingere, ut homo secundum statum gloriosè vivens superfluum habeat. *

8. Respondet Navarrus in *sum. latina cap. 24. num. 6. ** Non enim tot sunt, quot putant, ejusmodi divites, quibus sit superfluum statui, cum nec Reges, & magni Principes, qui habent thesauros ad bella, quæ probabiliter contra suas republicas timent, aut quæ pro illis gerere debent, superflua habere censentur. * Et in *sum. Hispana cap. 23. num. 74. ** Sin peccato pueri uno atelolar para comprar hazenda, rentas, & honorio, y mudar su estado mas baxo, y peor, en oro mas alto, y mejor, por servir en el mas libremente, o mas a Dios, que le dió talento para ello, segun lo prueba el mismo Cajetano, ni por esto se dize (attendente) tener superfluo para ser obligado de precepto a las limosnas, a que lo son los que lo tienen, de quien abaxo diremos. *

9. Respondet Petrus de Navarra lib. 3. de restitut. cap. 1. num. 364. * Necesaria statui, ut bene D. Thomas questione illa 32. & Cajetanus in *sum.* non in puncto consistunt. Nec necessitas alterius, qui accepturus elemosynam, &c. Et ita iudicium hoc relinquendum prudentiæ ipsius, qui res habet. Si enim augere statum, vel mutare vult, non ex libidine avaritiæ, aut in fructum pauperum, sed quia sincere iudicat, sibi convenire ob aliquos honestos fines, majorem familiam habere, & opulentiùs vivere, aut ad altiorum statum conscendere, sola ejus determinatio sufficit, ut quæ ad hoc deserviunt, necessaria dicantur, & non superflua. Unde qui rari sunt, qui nolunt, vel statum majorem habere, vel in infimo opulentiùs vivere. Ideò, ut Cajetanus notat, rari sunt, qui de superfluo status teneantur. Quam ob rationem, ut suspicor, Dominicus Bannez censuit, de necessariis ad statum esse gravi necessitati succurrendum. * Hæc Navarra.

10. Respondet Manuel Rodriguez in *sum. cap. 197. conclus. 2. ** El rico no tiene que escrúpulizar, porque todo lo que le es necesario para tratarse con mas pompa, y auctoridad no es superfluo a su estado. Y como ay pocos, que no quieran acrecentar sus casas, o vivir con mas auctoridad para honra suya, y de sus hijos, así ay pocos seculares, que esten obligados a dar limosna en una grave necesidad de lo superfluo a su estado, como lo nota Cayetano. *

11. Respondet Diana part. 2. tract. 16. resol. 28. * Notandum est, quod bona, quæ conservantur ad acquirendum majorem statum pro se, & suis consanguineis, non dicuntur superflua statui, * idem repetit

part. 5. tract. 8. resol. 20. Ubi inter alios refert Malden 2.2. quæst. 32. art. 6. dub. 4. qui docet * vix unquam contingere, ut quis habeat superfluum statum, cum possit quilibet cogitare de statu augendo, imò status cum divitiis crescat. *

12. Respondet Vazquez Opusc. de Elemosyna cap. 1. dub. 3. num. 26. * Appello superfluum statum, vel præsentis, vel futuri, quem ego licitè possum acquirere, & ad illum ascendere. Nec enim teneor ego meum statum, & dignitatem amittere, ut alius non amittat suum. Et simili ratione, non teneor ego ob similem necessitatem, futurum perdere statum, quem dignè poteram conquirere. Quod expressè sentit Navarrus, & Cajetanus 2.2. & in summa loco citato, qui licet sentiat, de superfluo quemlibet teneri ad elemosynam, sed non existimat superfluum, quando quis habet superfluum statui præsentem, illud tamen in futurum reservat, ut mutet in statum digniorem. Et ita (attendente) vix aliquis tenetur, aut secundum opinionem Cajetani, aut secundum nostram, ad elemosynam, quando tenetur tantum ex superfluo statui, (& iterum cap. 4. dub. ult. num. 14.) Laici, inquit, de bonis patrimonialibus possunt servare ad statum suum, vel consanguineorum mutandum. Unde vix in secularibus invenies, etiam in Regibus, superfluum statui. * Sic ex Cajetano, & aliis P. Vazquez, cujus consequentiam observat, & laudat M. Lorca 2.2. disp. 39. sect. 3. num. 7. §. Adit præterea Cajetanus. Ubi postquam recensuit, quæ Cajetanus necessaria ad statum appellat, concludit: * Sed si hæc sententia vera est, nil unquam erit superfluum.

§. IV.

Iudicium Authoris.

13. Fateor M. Lorca bene ubi supra ex dictis intulisse. Ideòque numquam mihi suadere potui, inter necessaria ad statum numeranda, quæ non ad præsentem conservandum, sed ad altiorum pro successoribus acquirendum requiruntur. Et hanc fuisse antiquorum mentem, inde mihi efficaciter suadeo. Quia bona diviserunt in necessaria ad statum, & in superflua statui; quæ divisio de subiecto non supponente (ut dicunt Logici) foret, si præfata expositio sustinenda esset, cum nulla sint bona, quæ ad statum majorem, & majorem acquirendum superflua sint. Et constat ex D. Thom. 2.2. quæst. 32. art. 5. ad 3. ubi sic rem explicat, dicens: Cum habet superflua, quæ secundum statum præsentem, non sunt sibi necessaria. Si enim ad futurum acquirendum spectemus, inanis esset disputatio.

14. Quæstio igitur præsens agitata est, supponendo alia esse bona necessaria ad statum, alia ei superflua: & cum ex necessariis ad statum præsentem conservandum, conveniant ferè omnes, non esse obligationem saltem gravem, succurrendi proximo in gravi necessitate constituto; dubium solum potest esse, an ex superfluis statui præsentem teneatur? Hoc verò in dubium verti non posse à principiis intrinsicis, olim mihi indubitatum erat. Quapropter valde miratus sum, dum primum comperi authores non infimæ notæ pro parte negativa militare, existimantes in sola extrema necessitate hanc obligationem adesse. Ita sibi contrarius tenuit postea Eminentissimus Cajetanus 2.2. quæst. 71. art. 1. ut notat M. Sorus lib. 5. de iustit. quæst. 8. art. 1. Ubi sic feribit: *

Aaa

Caje-

Cajetanus in praesentiarum solam extremam necessitatem arbitratum secum asserere praecipuum obligans ad mortale: distinguuntur tres gradus; primum extremam necessitatis, cui sub culpa mortali succurrendum est; secundum necessitatis gradum, citra extremam, cui non occurrere venialis culpa est. Levioribus autem succurrere consilium est; sed illas praetermittere, nulla est culpa. Mirandum est tamen quomodo sui ipsius fuerit oblitus. * Sic contra Cajetanum M. Sotus.

15. Idem sentiunt Doctores alii, quos refert M. Lorca 2. 2. disp. 29. memb. 2. num. 19. Prima, inquit, sententia alicui, etiam ex superfluis (statui) non esse praecipuum dare eleemosynam, nisi extremè indigenti, vel quasi extremè, communibus autem necessitatibus pauperum occurrere, etiam gravibus, non esse in praecipuo, saltem ex ratione, ut peccatum mortale censeri debeat omisso. Pro hac sententia plures allegantur, sed qui eam docent in hac latitudine, sunt Panormitanus, Gerson, Rosella, Joannes de Medina. Et eidem sententiae adhæsit postea Cajetanus in his, quæ posterius scripsit, nempe infra quæst. 71. art. 1. & tom. 1. opus. 16. quæst. 6. immemor eorum, quæ prius docuerat. * Hæc Lorca.

16. Cum Cajetano sentiunt alii viri doctissimi M. Dominicus Baltanas in Margarita Confessorum, fol. 169. ibi: * Notandum, inquit, quod sicut non tenetur quis dare eleemosynam sub praecipuo, nisi existenti in articulo necessitatis extremæ, & quando non appareat alius, qui velit providere, ita similiter facere eleemosynam spirituales.

17. D. Antoninus 2. part. titulo primo, cap. vigesimo quarto, § ultimo, ubi non solum eandem sententiam tuetur, sed pro illa adducit D. Thomam: dicens: * Esse mortale non succurrere patienti necessitatem extremam, cum verò quis (inquit) de superfluo naturæ, & personæ (id est statui) non subvenit magnas necessitates patientibus, etsi non extremas sibi notas, hoc videtur esse quasi mortale, secundum Durandum, sed non secundum D. Thomam. *

18. Quibus adde Magistrum Serram 2. 2. quæst. 32. art. 4. tom. 1. fol. 582. asserentem, hanc opinionem non carere probabilitate. * Praecipuum, inquit, dandi eleemosynam de superfluo naturæ, & statui non obligare sub mortali, nisi necessitas sit extrema, tradit Cajetanus 2. 2. quæst. 71 art. 1. §. Ad secundum. Nam non tenetur, (ait Cajetanus) sub mortali peccato colligere hostem, qui dormiendo subditi non morietur, nec similiter teneor sepelire mortuum, quem nullus sepelire curat, aut redimere captivum, qui propterea non moritur, &c. Et Sanctus Antoninus secundum mentem D. Thomæ hoc esse dicit 2. 2. tit. 1. cap. 24. §. 1. Ubi ait, eum qui de superfluo utriusque necessitatis, naturæ scilicet, & personæ, non subvenit magnas necessitates patientibus, &c. Sed hæc opinio, licet non careat probabilitate, mihi omnino non placet. * Hactenus M. Serra. Vide etiam Antoninum Dianam p. 2. tract. 16. resol. 26. ubi cum Gabriele, & Alensi opinionem Cajetani amplectitur. Et licet 5. p. tract. 8. resol. 14. sibi non constans contrariam teneat; hanc tamen probabilem esse suadere contendit, qualem dicit putasse Malderum, Bonacinam, Covarruvias, Cordubam, & Joannem de Medina.

19. Cæterum hæc opinio mihi omnino displicet, & prorsus rejiciendam censeo, quod & ipse Cajetanus postea meliora sapiens jure præstitit tom. 2. opus. tract. 1. cap. 6. Vbi ostendit esse contra communem Sanctorum PP. & Theologorum, cap. 1. opinionem,

quam aliis locis tradiderat, non solum rectam, sed dicit esse erroneam, & procul ab humani sapientis opinione; & M. Lorca disp. 39. num. 23. aliter manifestè adversari, non tantum torrenti Doctores, sed etiam scripturæ, Patribus, & rationi evident. Et improbabile omnino esse, nec securam conscientia, dicunt P. Suarez disp. 7. de Charitate, fol. 1. num. 6. P. Granados controvers. 3. de Charitate, fol. 2. §. 4. num. 18. P. Petrus Hurtado de Mendoza §. 82. & alii. Ratio à priori est manifesta, et communi illo principio naturali præcepti charitatis, quod unusquisque grave proximo damnum vitare tenetur, quando potest absque sui dispendio. Cum autem damnum grave non solum in vita proximi, sed in honore, & bonis fortunæ contingere possit; inde est, quod in his etiam ex præcepto charitatis, ac proinde sub lethali vitare teneatur, & absque gravi nostro incommodo possumus. Cum autem nobis non est, de superfluo statui ei subvenire.

20. Secundò probatur ex D. Thomæ in 4. sententia dist. 15. quæst. 2. art. 1. quæst. 4. ubi hæc esse communem sententiam docet. * Et idem, inquit, dicit communiter, quod dare eleemosynam de superfluo cadit in præcepto, & similiter dare eleemosynam qui est in extrema necessitate. * Quæ iterum tractat 2. quæst. 32. art. 5. in corpore, & ad tertium. Cuius non minus reddit 2. 2. quæst. 44. art. 8. Ubi ex professione habet ordinem charitatis cadere sub præcepto charitatis, autem ordo exigit, quod decens sit statui sui superfluo nostri statui præponamus. Ergo unusquisque ex superfluo ad statum tenetur proximo gravi necessitate constituto, subvenire, si non superfluo, qui eam sublevare velit.

§. V.

Quid in extrema necessitate?

Hinc ad secundam difficultatem gradum faciemus. Inquiri, an ex necessitate ad statum sit obligatio elargiendi eleemosynam, in casu extreme necessitatis? Prima sententia communior inter Theologos affirmat, ex fundamento infra subiiciendo secunda verò negat; pro qua stare D. Thomam 2. 2. art. 6. dicunt non pauci, ut testatur M. Lorca præ art. 9. disp. 39. memb. 1. num. 11. ubi adducit Thomæ verbis sic ait: * Hæc verba S. Thomæ intellexerunt multi, &c. Ut de necessario, non solum naturæ, sed etiam statui, nulli teneamur eleemosynam dare, etiam si extremè indigeat. Itaque ponunt sententiam S. Thomæ, Sanctus Antoninus, Gabriel, Joannes de Medina, Summa Rosellæ, & alii locis infra dandis. * Et expressè illam tenet D. Antoninus, ut notat M. Lopez 2. 2. p. respons. 106. §. jam circa fol. mibi 669. & M. Serra 2. 2. tom. 1. quæst. 32. art. 5. fol. 578. ubi D. Antonini verba refert, & ejus sententiam probabilem putat, ubi dicit: * Dixi habenti superflua simpliciter: nam si solum haberet superflua secundum quid, quæ licet superabundant naturæ, non tamen statui. Probabile est existimo, non teneri pauperem extremam necessitatem patienti subvenire. Unde Sanctus Antoninus 2. 2. tit. 1. cap. 24. §. 5. ait: Cum quis suam extremam necessitatem proximi non subvenit ei de eo, quod est superfluum personæ, id est ad decentiam statui sui, & necessitates personæ, id est ad decorem suum, & superfluum naturæ, non peccaret si eum omittens, mortaliter. Idem asserunt Recentiores nemini, nisi

hisque exemplis explicant. * Hæc Serra subnebens :
* hoc secundum mentem D. Thomæ esse, existimat
D. Antoninus. *

22. Divi Thomæ sententiam esse, sibi suadent
hi Doctores ex ejus verbis loco supra citato, ubi
postquam statuit, quod inordinatum foret, de bonis
necessariis ad statum, elemosinam facere; sub-
nectit excipiendos casus aliquos. * Quando occur-
rerit, inquit, extrema necessitas alicujus privatæ
personæ, vel etiam aliqua magna necessitas rei-
publicæ: in his enim casibus (atrende) laudabi-
liter prætermittet aliquis id, quod ad decentiam
sui status pertinere videretur, ut majori necessitati
subveniret. * Hæc Div. Thomas, in quibus non de
precepto, sed de consilio putare viderur, ergo-
nationem elemosinæ in casu extremæ necessitatis, ex
bonis ad decentiam status pertinentibus, nequæ
de illis, quibus substractis, (ut ipse ibidem scripsit)
* De residuo non possit vitam transigere conve-
nienter secundum proprium statum, & negotia oc-
currentia. * Et ita sentit M. Texeda tom. 1. lib. 2.
tract. 3. controversio. 10. nu. 70. dicens: * Non tenemur
cum magna nostra incommoditate temporali sub-
venire proximo existenti in extrema, vel gravi ne-
cessitate. *

23. Verum D. Thomas exponendus est, ut infra:
Nam præceptum elemosinæ obligare in extrema
necessitate ad subveniendum proximo ex necessariis
ad statum, etiam si ex eo patiaris grave damnum
in dignitate, & fastu externo, est communis Do-
ctorum sententia, & verissima, ut bene docet M.
Joannes Martinez de Prado tom. 1. Theolog. moral.
cap. 13. quæst. 3. nu. 33. pro se referens M. Bannez di-
centem: * Oppositam sententiam esse inhumana-
nam. * Et Patrem Puente Hurtado de Mendoza
asserentem, * non esse probabilem. * Et Valentiam,
& Granadum, qui dicunt, oppositum * improbabile,
& non solum contra communem opinionem, sed etiam
contra rationem. * Quia damnum in dignitate
non est proportionatum vitæ proximi: ergo ex præ-
cepto charitatis teneris illud subire, ut proximo in
extrema necessitate constituto subveniatur.

24. An verò hæc obligatio tanta sit, ut vi ejus te-
nearis subvenire extremam necessitatem tibi notam,
patienti, etiam si a tuo statu omnino cadere opus
sit? Negat cum D. Thoma, & aliis M. Prado supra,
ibi: * Dico secundò de necessariis ad decentiam
status, etiam in extrema necessitate, non tenetur
quis sub præcepto elemosinam dare, ita ut ab illo
statu absolute deiciatur, aut omnino deprimatur.
Ita S. Thomas 2. 2. quæst. 32. art. 6. illis verbis: *
De ejusmodi ergo elemosinam dare, est bonum, & non
cadit sub præcepto, sed sub consilio. &c. * Quem sic ex-
ponit M. Prado, & merito. Eandem sententiam te-
nent M. Bannez, Lorca, Aragon, Suarez, & Puente,
Hurtado apud Prado. Et M. Petrus de Ledelma in
Sum. 2. p. tract. 4. cap. 3. conclus. 11. diff. 1. pag. mihi
245. ubi sic: * En resolucion, a esta dificultad se ha de
responder, que los ricos, y que tienen grande hazienda,
están obligados debaxo de precepto a dar limosna
de lo necesario para su estado en estas necesidades
extremas. Pero ha de ser de suerte que no se haga mal,
y danno al bien comun, des haziendose de las hazienda
necesarias para el bien comun, y desuerte, que
quedelo necesario para su familia, y hijos. * Sic ille,
& plures, quos citatos sequitur Leander à Sacram.
tom. 6. in Decalog. tract. 5. disp. quæst. 17. apud quem
Arriaga, Tuerianus, Egidius, Palas, Hurtado

Part. II.

Salmanticensis, Hurtado Complut. Molfessius, &
Diana 2. p. tract. 16. resol. 26. & p. 5. tract. 8. resol. 7.
& Machado, qui licet contrariam communem, &
receptam sententiam esse dicat, tom. 1. lib. 2. p. 2. tract.
6. docum. 6. huic suffragium ferre videtur, dicens:
* Pero no obstante esto, Autores de no poca autori-
dad son de parecer, que el rico con detrimento, y di-
minucion grande de su propio estado, no está obliga-
do a socorrer al proximo, aunque esté apretado con
extrema necesidad. Porque juzgan que es mas con-
veniente a la Republica, que los ricos conserven su
estado, que no un hombre particular muera. * Hæc
Machado. Et ex hoc fundamento eam tuetur M. Ban-
nez 2. 2. quæst. 32. art. 6. dub. 2. & ex illo M. Joannes
Martinez de Prado ubi supra.

25. Hæc sententia, tam ab extrinseco, propter
authoritatem Doctorum, qui eam sequuntur, quam
ab intrinseco, ob rationes, & fundamenta, quibus
innititur, probabilissima mihi est. Quam probò.
Quia si propter aliquam rationem contraria verior
esset, maximè quia ordo charitatis postulat, quod
bona proximi cum proprio damno conservemus,
quando proximi majus est: damnum autem proxi-
mi in vita majus est, quam nostrum in honore, vel
divitiis, ut arguit Vazquez, & ex illo M. Ataujo E-
piscopus Segovienis 2. 2. quæst. 32. dub. 1. num. 5. ubi ut
certam regulam statuit: * Quod quoties urgens ne-
cessitas proximi ad sui sublevationem exigit non ma-
jus, aut æquale damnum in sublevante, sed potest
fieri cum minori damno, tunc obligat præceptum
ad subveniendum indigenti, quia est rectus ordo, na-
turæ, & charitatis. * Hoc est contrariæ sententiæ
fundamentum.

26. Verum solidum non est, & evidentes patitur
instantias. Nam rectus ordo charitatis à seipso inci-
pit, & plus propriam vitam, quam alienam unus-
quisque conservare tenetur, & tamen, ut propriam
conservet, non tenetur honorem amittere, nec om-
nes divitias expendere: potest enim ab inimico in-
valus non fugere, ut honoris jacturam non faciat,
licet fuga extremum vitæ periculum vitaret: ut do-
cent communiter Doctores. Potest etiam suæ gra-
vissimæ infirmitatis curationem omittere, si omnes
divitias in ea consumere necessarium esset; sicut &
eas nolle tradere comminanti mortem, ut eam evi-
tet. Si ergo propriam vitam cum tanto status deri-
mento non tenetur conservare, cur alienam tenebitur?
Consequentia videtur aperta. Cujus ratio à
priori est, quia ut ait Arriaga 2. 2. disp. 43. sect. 3. sub-
sect. 3. num. 38. non semper quis debet minus suum
malum postponere majori proximi. * Alioquin si
necessum esset, ut proximus salvaret suam vitam, me
amittere manum, aut brachium, deberem hoc per-
mittere, quia minus suum malum est, me amittere
manum, quam alterum vitam. * Unde rectè con-
cluditur, ex necessariis ad statum neminem ita tene-
ri, ut pro sublevanda extrema proximi necessitate
debeat à suo statu, & dignitate omnino defi-
cere.

27. Scio, nonnullos discussionem hanc metaphy-
sicam potius, quam moralem existimare, quia con-
tingere, inquit, moraliter non potest, quod ne-
cessitas extrema proximi tot bonis, ut sublevetur,
indigeat, ut necessarium sit tantum detrimentum
pati. Do lubens id verum esse, si de necessitate ab
intrinseco proveniente sermo sit; ceterum cum
extrema necessitas ab extrinseco etiam prove-
nire possit, ut si Tyrannus mortem, alicui mi-
nare-

Aaa 2

nare-

naretur, ni tantam pecuniarum summam ei largiatur, quam si ad proximum à morte liberandum contribuas, à tuo statu defici opus sit; ideo non solum ad metaphysicam, sed ad mores etiam hæc disputatio utilissima est, ne divites timorati in laqueos injiciantur. Vide Dianam p. 5. tract. 8. resol. 7. §. Nota.

QVÆSTIO V.

Utrum licitum sit desiderare alteri mortem, & de illa gaudere, non quatenus illi mala, sed quatenus desideranti utilis est?

1. **N**on esse peccatum mortale colligitur ex Cajetano in *Sum. verb. Maledictio*, ubi ait: * Requiritur ad maledictionem, quæ sit culpa gravis, quod sub ratione mali, & non sub ratione honesti, vel utilis desideretur homini malum, puta mors, infamia, damnum rerum, &c. * Et sequitur M. Joannes de la Cruz in *director. 1. part. tract. de homicidio*, dub. 3. ibi: * An liceat, desiderare mortem, aut aliud malum proprium, vel alienum? (Respondeo) eam desiderare, ut à laboribus liberemur, quoddam genus pusillanimitatis præfesset, etsi non sit peccatum mortale. * Quibus adde Bonacinam *tom. 2. disp. 3. quest. 4. punct. ult. num. 7.* ubi inquit: * A mortali excusatur mater, quæ mortem filiabus exoptat, quia occasione ipsarum malè secum agitur à marito, aut injuriis afficitur. * Et Joannem Sanchez in *selectis*, disp. 2. num. 9. Pasqualium *decis. 474.* Angelum Mariam Verricelli in *quest. moral. tom. 1. tract. 5. num. 64.* & Leandrum à Murcia in *Disquisit. moral. lib. 2. disput. 3. resol. 2. num. 14.* Quorum sententia non dissentit M. Serra 2.2. *quest. 76. art. 1. §.* Quidam Recentiores.

2. Addunt alii, desiderium inefficax mortis alienæ, sicut & gaudium nullum esse peccatum, quando non ex odio, sed ex motivo utilitatis propriæ, vel alienæ desideratur. Sic Mag. Conradus *part. 1. quest. 392.* ubi ait: * Universaliter quotiescumque propter bonum malum precamur, non est peccatum. * Quem sequitur M. Michael Zanardus 2. *part. director. cap. 6. de maledictione*, ibi: Nullum quidem est peccatum, quando alteri malum optatur ratione publici boni, vel ratione boni privati, ut dum puella à malo viro sollicitata cupit, ut infirmetur, ne eam amplius vexet, & sic discurrendo, quia non est velle malum alicui sub ratione mali. * Quibus facit Franciscus Galleri in *Margarita cas. conscient. verb. Desiderare*: * Desiderare aliquid possumus, non autem illud idem procurare: * quem ferè eisdem verbis sequitur M. Paulus de Blanchis in *disceptat. casuum conscient. litt. P. disp. 5. fol. 563. §. Theologos in fine.*

3. Et, quod caput, hæc sententia videtur expressa D. Thomæ 2.2. *quest. 76. art. 1.* ubi ait: * Si autem aliquis imperet, vel optet malum alterius sub ratione boni, sic est licitum. * Et paulò infra: * Contingit autem malum aliquod dici imperando, vel optando sub ratione duplicis boni, quandoque

sub ratione justì, quandoque sub ratione utilitatis. Et expressius in 3. *sentent. disp. 30. quest. 1. artic. 1. ubi & conclusionem tradit, & rationem reddit. Prosperitas unius (inquit) inducit ad vestitionem alterius. Unde quia charitas ordinem habet, & sic debet diligere quisque se, quàm alium; & propterea potest aliquis salvà charitate optare malum temporale alicui, & gaudere, si contingit, non in quantum est malum illius, sed in quantum est impedimentum malorum alterius, quem plene tenetur diligere. (Idem infra) sed hoc non est de malo gaudere, sed de bono, quod adjunctum est malo. **

§ 1.

Animadversio in Baronium.

4. **P**refata D. Thomæ loca, ab Amadeo non pro ipsa sententia excerpta, corrupta, & truncata fuisse, expostulat Baronius, *disput. 1. fol. 5. 3. fol. 63. & 64.* dicens: * Sed vix potest legi quidquam moliri Amadeus interpretatus, & contra questionem 76. * Locum autem istum truncatum iterat ex eo, quod omiserit verba, quæ in fine D. Tho. subneçit. Licet enim præmissis: * Salvo imperet, vel optet malum alterius sub ratione boni, sic est licitum. * Suam verò mentem, inquit, explicat, adjuncto exemplo: verb. grat. * Cum optat, peccatorem pati ægitudine, aut alio impedimento, ut melior efficiatur, aut ut ab aliorum nocumento cesset. * In quibus (Baronius) Angelicus Doctor * bonum utile non respicit impetantem, sed ad illum, cui impetratur. * Sed facile occurritur; primo quia cessatio à morbo potest etiam in utilitatem deprecantis mortem dedere. Ergo sub ratione boni libi utilis, potest malum alteri impetrari. Secundo, quia exempla non contrivè, sed demonstrativè adduci solent. Tercio, quæ ex principio, cui innititur D. Thomas, concludi præfata rectè deducitur. * Si enim (inquit) aliquis imperet, vel optet malum, quasi ipsum malum tendens, sic maledicere erit illicitum, & hoc est ledicere per se loquendo: si autem aliquis imperet, vel optet malum alterius sub ratione boni, est licitum, nec erit maledictio per se loquendo, sed per accidens, quia principalis intentio decessus fertur ad malum, sed ad bonum. * Sic D. Thomas cujus verba æquè comprehendunt impetrantem mali, quando in bonum impetrantis, ac quando ejus, cui impetratur; cum utrobique intentio decessus non ad malum, sed ad bonum fertur. Quod, quia Angelicus Doctor indè probat, licet ad malum temporale ob spirituale desiderare, & de malo gaudere: * Quia hoc non est per se de malo gaudere, sed de bono, quod adjunctum est malo. Quintò, quia *quest. 36. art. 2. de tristitia boni*, similiter discuitur, ut *num. 5.* videbimus. Cum igitur casibus aliis idem contingat, idem prorsus ratio D. Thomæ de omnibus probat. Ergo conclusio indè deducenda non est limitanda, licet exemplum immo ductum fuisset. Ergo ex eo, quod Amadeus verba truncat, aut truncatus dici non debet.

5. Expressius id evincitur ex loco alio in 3. *sentent. disp. 30. artic. 1. ad 4.* de quo similiter Baronius ex-